

1255 14. Kal. Aprilis

733.
Ex Odoni. Raynald: Hist Ecclesiastica

Alexander IV. papa Rigensi archiepi:
scopo, ut infideles, quos Otho è Luneborch
et Tidenius è Rivel, servire Deo coegerant,
baptismalibus sacris lustraret, eisque episco:
pum præficeret.

254

Sum, sicut dilecti filii nobiles viri Otho de Lu:
neborch, et Tydenius de Rivel, fratres Rigensis et
Revaliensis diocesis, ecclesie Romane devoti, sua
nobis petitione monstrarunt, iidem modicam paga:
norum multitudinem ipsorum terre vicinam,
adeo induxerint, ut ipsi pagani apertis intelligen:
tia oculis, velint et cupiant ad Christiane fidei
notitiam pervenire; nos vota ipsorum in hac par:
te favorabiliter prosequi delectantes, mandamus, qua:
tenus, si est ita, præfatos paganos ad eandem fi:
dem auctoritate nostra recipere non omittas, præ:
ficiens eis postmodum, postquam locum ad con:
struendam episcopalem ecclesiam deputarint, ac
ipsam de bonis propriis dotaverint competenter,
nihilominus aliquam personam idoneam absque
præiudicio iuris alieni, et præcipuè dilectorum
filiorum magistri et fratrum hospitalis sani:
ctæ Mariæ Theutonicorum in Livonia et Brus:
sia, si expedire videris, in episcopum et pastorem.
Datum Neapoli 14. Kal. Aprilis, anno primo.

